



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

4. De eadem ex parte effectuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE

PECCAT. GRAVITATE. 453

Iob, & non mirabitur, habebit fiduciam,  
quod Iordanis influet in os eius. Os eius in-  
fernus est, fluvius in illud influens sunt  
peccatores, qui magno cum impetu, velut  
rapidissima flumina, hiata inferni absor-  
bentur. In vitis Patrum narratur princi-  
pem dæmoniorum summo honore satel-  
litem quendam suum dæmonem affecisse  
& in throno regio collocaisse, quod mo-  
nachum quendam, cui per quadraginta  
annos insidias struxerat, ad unum luxuriæ  
peccatum pertraxisset. 2. Considera, sicut  
mali angeli magnopere ex lapsu hominis  
exhilarantur, sic contra bonos angelos  
summopere lætari hominis conuersione.  
Gaudent enim super peccatore, ut est apud Luc.

B. Lucam, pœnitentiam agentem. 15.

MEDITATIO IV.

*De gravitate peccatorum ex parte  
effectuum.*

CONSIDERA, animam tuam ad ima- 1.  
ginem & similitudinem Dei conditā,  
dum perseverat in gratia & amicitia Dei,  
tam splendida ēsse, torque donis spiri-  
tibus ornatam, ut creator ipsius delecte-  
tur habitare in illa. Simulatque vero  
peccatum lethale consenserit, tam spurcā <sup>in</sup>  
ff 3 abom <sup>&</sup> <sub>7</sub>.



454 MEDITATIONES

abominabilem reddi, ut peccator si copia  
eam videndi daretur, aspicere eam per  
horrore non possit. Nam omnibus ben-  
ficiis diuinis spoliatur, & quum plurimi  
malis obruitur. Quod ad beneficia an-  
net. Primo Deus ab ea recedit. 2. perdi-  
tus gratiam & amicitiam. 3. familiaritatem  
Spiritus Sancti. 4. participationem me-  
to rum Christi. 5. paternam Dei prouid-  
tiam. 6. virtutes infusas, & dona Spiritus  
Sancti. 7. pignus regni cœlestis. 8. Com-  
munionem bonorum Ecclesie. 9. pacem  
& securitatem conscientiae. 10. meritum  
& fructum omnium bonorum operum  
ipsamque vitam æternam.

Considera, quanta mala adferat con-  
fensus in idem peccatum. Primo enim  
Dei odium conciliat & iram. 2. turpis-  
mis sordibus animam conspurcat. 3. team  
efficit æternæ damnationis. 4. delectabil-  
bro vitæ. 5. præsidio angelico desurit.  
9. seruituti dæmonum subiicit. 7. remo-  
sum affert conscientiae. 8. periculum in  
grauiora peccata labendi. 9. obligationem  
peccata deflendi, pudorem confundi, &  
laborem pro iisdem satisfaciendi. 10. ho-  
mininem commutat in bestiam, secundum  
Iud. Homo cum in honore esset, non intelle-

Psa. 48



xii. similis factus est iumentis insipientibus.  
z. Considera, cum haec fide Catholica vetissima esse credamus, quam horribile sit quod tam facilè in peccatum mortale labamur. Cum tamen ad nomen solum peccati mortalis ita exhorrescere deberemus ac si fulmen de cœlo caderet, vel si infernus ipse ad nos absorbendos dehisceret.

**C O N S I D E R A,** etiam peccato veniali Deum offendit, licet non tam grauiter, ut propter illud gratiam suam nobis subtrahat; & ideo pietatis amantibus est fugiendum ob sequentes eorum effectus. 1. quia obligat ad pœnam huius vitæ, vel futuræ in Purgatorio. 2. animam non nihil deturpat. 3. minuit caritatis ferorem, sicut aqua flammā. 4. animi vires debilitat, sicut onus ambulante. 5. retardat gloriam æternam. 6. minuit meritum & gloriam vitæ æternæ. 7. disponit ad peccatum mortale. 8. obstaculum ponit nouæ gratiæ. 9. impedit devotionem in orando, & progressum in vita spirituali, atque ut Deum non perfectè amemus. 10. quia displaceat Deo, & angelis. & ideo non licet peccatum veniale committere, etiamsi spes affulgeret totum mundum per illud conuertendad Christū. 2. Considera dicta Patrum.

Ff 4. nam